



Dissertatio medico-chirurgica de stupenda inprimis cranii carie, per naturam et artem feliciter curata

<https://hdl.handle.net/1874/295245>

6

DISSERTATIO MEDICO-
CHIRURGICA,
DE
STUPENDA INPRIMIS CRA-
NII CARIE, PER NATU-
RAM ET ARTEM FE-
LICITER CURATA.

Q U A M
ANNUENTE DEO OPTIMO MAXIMO,
PRAESIDE VIRO CLARISSIMO,

ALEXANDRO PETRO NAUYS,

A. L. M. Phil. & Med. Doct. Medic. Botanices,
Chemiae & Physiologiae Professore Ordinario,

Publicae Disquisitioni Submittit

ADRIAAN VAN SOLINGEN,
MEDIOBURGO-ZELANDUS.

A U C T O R.

Ad diem xiv. Junii MDCCLXXX.

Ab hora decima ad undecimam.



TRAJECTI AD RHENUM,
Ex officina ABRAHAMI VAN PADDENBURG,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI, MDCCCLXXX.

DISSERTATOIOMEDICO
CHIRURGICV
DE
STUPFENDA IN PRIMIS CRA
NICARTEPER NATURA
RAM ET ARTEM HE
LICITER CURATA.

6 U A M

ANNUITATE DOG OUTOM MAXIMO

TRISTIS DE VIRO CUM RISSIMO

ALEXANDRO PETRO NAHUS

A. I. M. Petr. & Mag. Dog. Medic. Consulter

Chirurgie & Physiologie Prologiose Operacione

Tractus Diaphysiarum Fracturarum

Articulacione & Ligamentorum

Ab initio ad finem

Ex primis operibus et editionibus

Autotomia

Ab initio usque Jamn. cisidicissimis.

Ex primis operibus et editionibus



TRAITEMENT SKRINUM
De Chirurgia ABRAHAM VAN PADDINGURG
GODDINAE TOTOCVCH, miscellanea

VIRO CLARISSIMO
ALEXANDRO PETRO NAHUIS,

A. L. M. PHILOS. & MEDIC. DOCTORI, MEDICINÆ,
BOTANICES, CHEMIAE & PHYSIOLOGIAE
PROFESSORI ORDINARIO;

HOC TEMPORE RECTORI MAGNIFICO; SOCIETATIS RENO.
TRAJECTINAE DIRECTORI; ACADEM. CAESAR. NAT. CU.
RIOS. & SOCIET. HOLLAND. HARLEM. MEMBRO;
NEC NON SOCIETAT. BAT. ROTERODAM.
MEMBRO CONSULTANTI;

PRAECEPTORI AC PRAESIDI SUO OPTIMO;
AD BUSTUM COLENDO

D. D. D.

ADRIAAN VAN SOLINGEN.

ALEXANDRO PETRO NAHUS

ALLEGATORIUS A MEDICO BOTANICO
BOTANICUS CHIMICUS ET PHYSICUS
PHYSICIUS ET CHIMICUS
SOCIUS LITERATURAE MEDICO BOTANICO SOCITATIS PHILIPPO
TRAVELINAE DIRECTORI ACADEMIAE CAESARIAE NAT. O.
TOL. E. SOC. ET HERALD. MARIAM MUNERO
MEC MON SOCIETAT. RAT. ROTULODVM
MEMORI CONVENTUS

ERALDUS AGRIANI SUD QUITOM
AD HISTORIUM COMENDO

— D —

AGRIANI VANGOGNIE

Nulos autem vix mihi fuit citare auctores, citationes enim illæ
in juvene sæpe plus ostentationis quam eruditionis habent, & ur-
gens nulla necessitas aderat aliorum auctoritatem interponendi.

Velim tamen, B. L. ut in perlegenda qualicumque hac Dis-
sertatione semper memor sis opus esse juvenile, exercitii causa
conscriptum, meque veniam pro laude deprecari.

Si igitur hinc inde erraverim, si quid recte minus positum
offendas, illud secundum solitam benivolentiam prætervideas &
juvenilibus conatibus faveas. Vale,

L. S.

Cum serio de materia pro specimine, sub præsidio publice defendendo, circumspicerem, perquisitioni meae fese obtulit casus prorsus singularis foeminae in hac urbe degentis, quæ stupenda cranii ossium carie aliisque gravibus symptomatibus morbosis infestata fuit, ab hisque per naturam & artem feliciter curata. Casus hic mihi dignus videbatur, qui ab oblivione vindicatur, quumque uberrimam pro breviore Dissertatione conscribenda materiam suppeditabat, mihi quam maxime arrisit. Num igitur ope iaduvi, seduloque perserutatus fui omnia, quæ lucem historiæ morbi adferre possent. Eum in finem iteratis vicibus aegram ipsam interrogavi, de vita anteacta morbisque prægressis & modo, quo gravis hicce morbus incepert, progressus fecerit, tandemque ita increverit, ut post dirissimos cruciatus tota fere cranii pars superior & utraque lateralis carie corrofa & separata fuerit. Consului insuper Medicos & Chirurgos, qui vario tempore curae ipsius præfuerant, illique viri pro sua humanitate mecum omnia communicarunt, quæ vel scriptis notata habebant, vel memoria retinuerant, pro quibus ergo me præstitis officiis Ipsiis, quas possum, grates ago. His igitur præsidiis instructus tandem integrum morbi historiam nactus fui. In examine hujus casus eum observavi ordinem ut Capite primo exhibeam Historiam morbi; Secundo ipsius Diagnosin; Tertio denique verosimiles ejus Caussas, Indolem & Symptomatum explicationem.

Nullos



DISSERTATIO MEDICO-
CHIRURGICA,

D E

STUPENDA INPRIMIS CRA-
NII CARIE, PER NATU-
RAM ET ARTEM FE-
LICITER CURATA.



C A P U T P R I M U M.

Historiam morbi, exponens.



ornelia Bardue nata fuit Neomagi 1. Januarii, anni
1737 ex parentibus sanis, saltem quos non nisi pro-
spera valetudine gaudentes novit.

Fratrem habuit ex iisdem parentibus unicum, unicamque
sororem, qui vita defecerunt juvenes & nullis notabilioribus
morbis aut vitiis, quantum quidem meminerit, obnoxii fuerunt.

A

Ater-

2. DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA.

A teneris sana vixit non tantum, sed robusta & ad quosvis duriores labores idonea; faciei color ipsi non roseus & fugax, sed profunde ruber & constans fuit: apetitum habuit semper viventem, qui neque aegram, diris licet vexatam cruciatibus, defseruit: cibos adhibuit plebi solitos, ex quibus omnem fere paginam absolvunt Solani Esculenti tubera: vitam non egit sedentariam, sed primum ruri degens rusticis, per septem annos, in pago, Amerongen dicto, famulata est, dein annos abhinc secundum Ultrajectum petens, viro nupta, domesticae supellestilis curam habuit; cum duodecim annum aetatis annum attigerat, viro nupsit militari, sano; gravida facta filiam peperit, quae non longe post partum, convulsionibus correpta, defuncta est; tribus cum dimidio annis post initum matrimonium elapsis obiit & maritus; per sex cum dimidio annos vidua vixit, tumque anno hujus aevi quarto & sexagesimo alteri viro nupsit, vivo adhuc, nullo morbo, nulla labe infecto, sed vegeta sanitate in hunc usque diem fruenti; durante hoc conjugio proles edidit tres, quarum prima puella fuit, viva haec tenus, sana, laeta, quindecim & quod excurrit annos nata; obierunt duae aliae juvenes, quarum posteriorem, eodem, quo mala inferius narranda perpessa fuit, tempore, utero gessit & in lucem editam latavit.

§. I I.

Mulier haec, absolutis septem vitae lustris, sub finem anni hujus saeculi primi & septuagesimi, dum in loco, urbi huic vicino

DISSERTATIO MEDICO-CHIRURGICA. 3

cino, dicto *den Hommel*, sub dio solani esculenti tuberibus legen-
dis occuparetur, vehementis doloris insultum per totum dex-
trum brachium a scapula ad cubitum sese diffundentis percepit:
opus suum aegre continuavit, & dum per aliquot dies valide in-
creverat doloris vehementia, ab eodem desistere coacta Medicum
adivit & Chirurgum SCHUTT & KLOPROGGEN, qui dolo-
res hos arthriticos tum temporis pronunciaverunt.

§. III.

Sequentis anni secundi & septuagesimi mense Aprilis, quo
tempore, qui instabat, fluxus menstruus suppressus, nullus appa-
ruit, atroci dolore erysipelas nucham, regiones post aures &
universam faciem misere infestavit, sic ut ad immanem molem
caput increverit, apparentibus una cum colore subrubro hic il-
lic pustulis minutioribus, quibus insuetis prorsus perterri-
ta symptomatibus xenodochium Ultrajectinum adivit, sperans fore
ut, curantibus Medico & Chirурgo SCHUTT & VAN LOE-
NEN, doloroso erysipelate, quin & simul molestis brachii af-
fectionibus, quae minori quidem vehementia, sed constanter ta-
men perseveraverant, liberaretur; per duodecim dies in xeno-
dochio morata fuit, disparuit tum erysipelas, menses tamen
non apparuerunt, & brachii dolores eadem persistenter ve-
hementia; sequenti mense, subpressis adhuc menstruis,
eadem loca denuo occupavit erysipelas, eodem modo, eadem
atrocitate, & doloris vehementia saeviens, quin & per idem
temporis intervallum perdurans, quale phoenomenon, quod

mirae hercle observationis est, per quinque menses, quolibet mense, quo tempore menstruo fluxu purganda erat mulier, eodem constanter subpresso, continuo reversum est; quibus dein elapsis quinque mensibus, subpressus fluxus rediit, & per tres menses debito se manifestavit tempore, nullo tum apparente erysipelate, sicuti &, utero cum concepisset, nullum per omne graviditatis intervallum apparuit erysipelas.

§. I V.

Haec dum acciderant & vehementer increverant brachii dolores, contigit, aliquamdiu postquam xenodochium defruerat, ut, quum doloroso brachio infantem verberaret, stri-dorem quemdam in medio osse humeri audiret; defecit mox mō-vendi potentia, sana manu sinistra affectum locum attigit, & tactu de fractura ossis humeri certior redditā est, dum digitis separatas a se invicem extremitates distincte explorare poterat; medio fere osse humeri supra insertionem musculi deltoidis, fractura haec, nullis aliis, quam quos memoravimus do-lores, praegressis caussis, locum habuit; adivit mox militem gregarium, qui fracto osse ferulas applicuit, & ligaturam cir-cumjecit, sed dolorum pertaesā mulier, qui tanti erant, ut in lipothymias saepius incideret, & quorum vehementiam, (a caussa, quæ fracturæ ansam dedit, forte oriundam) a ferulis & ligatura derivavit, coēgit militem, ut illas, postquam per quatuor dies applicatae fuerant, auferret, quo factō, sese praeter parvas pustulas & ulcuscula, unum ulcus insigne, materiam sero-fam

DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA. 5

sam effundens, in brachio conspicuum praebuit; applicuit miles linteum complicatum, quale compressum Chirurgi vocant, & brachio continuam quietem conciliari suasit, quale monitum constanter aegra nostra observavit; post aliquod temporis intervallum imminuti aliquomodo sunt dolores, & postquam in quiete aliquamdia servaverat brachium, os fractum coalitum integrumque percepit, nec non omnem brachium movendi facultatem sensim rite recuperavit. Postquam vero bina ossis extrema per annum coalita remanserant, inter pariendum, dum affecto brachio sedili innitebatur & validos edebat nixus, denuo fractum est os humeri, sic ut cubitus ad scapulam fere accederet, & digitis separatas iterum a se invicem extremitates mani. feste dignosceret; Nullam fracto huic os curam adhiberi permisit, sic ut in hodiernum diem disruptum conspiciatur os humeri, & eo quidem modo, ut separatae extremitates nequam ad se invicem accesserint, verum digitis notabile interstitium inter eas animadvertisatur; inferior igitur brachii pars sub fractura in omnes directiones, ad anteriora & superiora, ad posteriora & superiora, ad bina denique latera, singulari sene spectaculo quaquaversum potest moveri, si nempe altera manus in auxilium vocatur ad motus illos efficiendos, per se enim prorsus immobile est brachium, carpum vero & digitos movere potest.

§. V.

Traditis sic, quae brachium peressum fuit, malis, ad reliqua transeundum & cum aegra nostra in xenodochium rever-

6 DISSE^TRAT^IO M^EDICO - CHIRURICA.

tendum erit; notavimus nempe §. 3. mulierem hanc anni secundi & septuagesimi mense Aprilis, subpresso menstruae purgationis fluxu, diro infestatam per nucham, post aures & per universam faciem erysipelate xenodochium adiisse, & per duodecim dies ibidem fuisse moratam. Hic dum versabatur, manifestavit sese ad partem colli inferiorem & sterni superiorem tumor sat insignis, cutaneus, durus aliquomodo, neque admodum dolorificus; quatuor post hebdomadas, mensium tempore, quorum loco iterum adparebat erysipelas, tumor ille sponte apertus est, materiam effundens tenuem, albicanem, inodoram, qua effusa, quarto die sponte tumor clausus est. Quod vero mirae est observationis, tumor hic aperiebatur, materiam effundebat albicanem, iterumque claudebatur quolibet mense tempore menstruorum, eorumque vices supplebat, donec tandem post quatuor menses, utero cum concepisset, tumor amplius apertus non est, sed in hunc usque diem clausus mansit, perfectam & profundam fatis, adhucdum conspicuandam, cicatricem relinquens.

§ VI.

Tumor autem ille postquam evanuerat, mox sub initium graviditatis alter frontem infestavit, iterum cutaneus, magnitudinem hic ovi vanelli adaequavit, durus aliquomodo, neque multum dolorificus, medium & inferiorem ossis frontis supra nasum positam partem occupavit, sponte vero sua

DISSERTATO MEDICO - CHIRURGICA: 7

sua hic reclusus non est, sed absque multo aegrae incommodo per sex menses immotus perstigit, donec tandem idem ille, de quo supra mentio facta est, miles gregarius tumorem hunc appetiri debere aegrae persuasit, quo facto, materies iterum tenuis, albicans, inodora effluxit; sanatum tandem est apertum ulcus, tenui cute obductum, sed quarta post partum hebdomade, quo tempore infantem lactando occupabatur, inter sternutandum iterum disruptus est locus, quem tumor occupaverat, dum magno rivo erumpens materies per sinum & infantis corpus profiliuit; applicuit miles linteum carptum & linteac complicata, continuavit albicantis, tenuis & inodorae materiae effluxus, neque umquam postea locus ille occlusus fuit, ac phaenomenon hoc dirae cephalalgiae, immanibus aegram afflgentes cruciatis, exceperunt.

§. VII;

Brevi post infestaverunt totam cranii superficiem varia ulcera, quae severis tormentibus aegram vexabant, atque eo tempore aegram adivit expertissimus hac in urbe Chirurgus G. GREEVE, qui, cum mulierem nostram, anni hujus aevi quinti & septuagesimi, Majo mense, visitaret, varia super totum cranium se extendentia reperit ulcera cariosa, una cum effusione materiae purulenta putridae, quam intolerabilis foetor concomitatus est, erat & eo temporis valde emaciata aegra, debilitata & hectica febre laborans.

§. VIII.

§. VIII.

Haec dum patiebatur, ad medium sinistram claviculam tumor ejusdem magnitudinis & indolis, ac illi, qui pectus & frontem infestaverant, apparuit, quem per mensem absque multo incommodo tulit, donec nocte quadam sponte disrumperetur, effluente iterum materie albicante & tenui; adivit aegram tum temporis, quod erat anni hujus aevi sexti & septuagesimi, Februarii mense, expertissimus hac in urbe Chirurgus P. WASMAN, qui claviculam periostio suo denudatam & carie infectam reperit; paucas post hebdomades ad tres vices parva exciderunt fragmenta ossa, quibus separatis, occlusum fuit ulcus, remanente cicatrice notabili & profunda, adhuedum conspicienda.

§. I X.

Quae hactenus dicta fuerunt, mira sane sunt, quae vero dicenda supersunt, longe mirabiliora. Cranium enim ad partem ossis frontis, quo loco primus tumor fuerat, ulcere aperto infestatum, §. 6. & per totam fere superficiem variis ulceribus cariosis obsessum fuisse §. 7. dictum est, conspicendum insuper sepe Chirurgo WASMAN praebuit in medio osse verticis sinistro ulcus, quod extensione sua manus volam adaequabat, dederat periostium sub hoc ulcere, ossisque superficies carie infecta erat; aderat effluxus materiae tenuis, ichorosae, odoris intollerabi-

DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA. 9

lerabilis & sinus notabilis sub integumentis sese ad ulcus ossis frontis §. 6. extendens, quem sinum mox Chirurgus WASMAN scalpello ad os frontis usque aperuit, reperitque subiectum os periostrio suo itidem orbatum & carie infectum, sic ut caries haec se a medio osse verticis sinistro fere ad inferiorem sinistram frontis & hinc ad medium ejusdem partem, quo loco primus tumor fuerat, extenderet: sinu hoc aperto & in ulcus mutato, subiectum os infectum, post sex menses a vicinis solutum, tandemque par Chirurgo WASMAN volsellae ope ablatum, separatumque fuit, ambabus suis ubique tabulis, a medio osse verticis sinistro usque ad inferiorem anteriorem & sinistram partem ossis frontis ad lineas octo supra orbitam, unde intelligimus apertum sese in sinistra parte conspicundum praebuisse sinum frontalem.

Pars haec insignis separata plus quam quatuor pollices mensurae Rhenolandicae longitudine adaequat, & ad lancem expolitata drachmarum quindecim, scrupuli unius & granorum septem pondus sustinet.

§. X.

Neque hic perficit dira labes: sed elapsis, post notabiliorem ossis hujus separationem, tribus mensibus, tres tumores insignes, quorum unus medium brechma dextrum, alter superiorem partem dextri temporis, tertius tandem os occipitis occupabat, in conspectum venerunt, quos omnes mox Chirurgus WAS-

B

MAN

10 DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA.

MAN audacter & sapienter aperuit, tumque similis foetoris intolerabilis sanies ex apertis tumoribus effluebat, ac ex praecedentibus, omnesque subjectae partes ossæ, perioctio sao nudatae & carie infectae repertæ fuerunt, solum modo excepto eo loco, quem tumor ossis temporis occupaverat, tumor enim hic tantum a defluente materie ichorosa generatus fuerat; interim pars illa, quam tumor in medio osse frontis occupabat, itidem carie infecta erat, quapropter Chirurgus WASMAN, omnem cavitatem ad medium os verticis dextrum aperuit, cum undique ad superiora usque auris dextrae resecuit, & totam ossis verticis dextri & dextrae partis ossis frontis superficiem in apertum ulcus mutavit; aegra interim eo temporis, si solas exceptis cephalalgias, aliquoties vehementiores, recte valuit, & domesticae operis curam, absque magno incommodo, habuit.

§. XI.

Menses abhinc duosdeviginti integra pars ossea a medio osse verticis usque ad medianam & inferiorem partem ossis frontis a vicinis pro maxima parte etiam soluta videbatur, dum simul & parva fragmenta ossea a lateribus hic illic separata fuerunt; partem autem hanc ambabus suis tabulis, anni hujus aevi octavi & septuagesimi Januario mense, Chirurgus WASMAN, praesentibus hac in urbe Medicis LELYVELD & de KONING, stupendo certe & horribili spectaculo, volsellæ
ite.

DISSESSATIO MEDIC·CHIRURGICA. 11

iterum ope totam quantam abstulit: mensurata longitudinem habet novem pollicibus Rhenolandicis paulo majorem, & ad lancem explorata, unciarum sex, drachmarum quinque & granorum quindecim pondus sustinet: apertus itaque & ab hac parte sinus frontalis, & maxima pars superior musculi temporalis destruta fuit: sex quoque hebdomadibus ante hanc ossium separationem secesserat a vicinis insignior pars arteriae temporalis, absque notabili tamen haemorrhagia, & duo fragmenta, ex ulcere, quod medium occiput infestavit, sponte separata fuerant.

§. X. I.

Mira autem est separatorum omnium osseum & fragmentorum natura; pro spongiosis & levibus, dura sunt & compacta; pro nigris, qualia plerumque sunt ossa, quæ post erosionem tam notabilem a vicinis carie separata sunt, coloris sunt cineritii, hic illic maculis tantum nigris ad partem externam obfessa, atque illud præcipue ad partem ossis verticis sinistri: cæterum aspera sunt & inæqualia, præcipue ad partem interiorem; ad exteriora leviora, nullibi perforata.

Ossa autem haec, horrendae stragis argumenta, Chirurgus WASMAN diligenter conservat, & singulis, quibus ars Chirurgica curae est, pro sua humanitate, conspicienda præbet.

§. X I I .

Etsi autem morbi efficacia tanta fuerit, ut dictam modo destructionem producere valuerit, benevoli tamen Natura non minus activa fuit ad reparandum, quod morbi vi destructum fuit: omnibus enim illis locis, ubi separatio ossium facta fuit, statim, post absolutam separationem, se manifestavit substantia mollis, coloris sani, rubri, ex prolongatis vasibus & cellulosa constans, quae vasorum substantiam deposuerunt tales, quae sensim magis inspissata & indurata novam galeam osseam produxit; antequam vero substantia haec soliditatem osseam natam fuit, pulsatio arteriarum durae matris, pulcro certe & miro conspicunda fuit spectaculo: postquam vero osseam naturam induit, quod trium mensium spatio factum fuit, pulsatio illa non ulterius observari potuit, indicio manifesto, vasorum haec substantia ossea & novo quasi crano omnem encephali denudatam partem obdutam fuisse; cum vero aequabiliter tantum effusa fuerit haec materia, facile intelligimus, unicam tantum ubique regeneratam fuisse tabulam, atque adeo in utroque latere sinus frontales aperitos remansisse. Etsi autem novo hoc quasi crano encephalon fuerit obiectum, unus tamen supereft locus, duos pollices latus, ubi hactenus ossea natura deficit, atque substantia tantum adest mollis, sub qua manifesta arteriarum durae matris pulsatio digitis applicatis percipitur, locus autem, ubi deficiens haec ossificatio observatur, idem ille est, quo arteria temporalis antea separata fuit.

§. XIV

§. X I V.

Hactenus quaecumque perpetua est aegra, nec non naturae fatalia conamina ad restituendam deperditam ossis substantiam, indicavimus; superest igitur, ut paucis adhuc dicamus, quas varii celebres Medici & Chirurgi LELYVELD, DE KONING, VOLTELEN, GREEVE & WASMAN adhibuerunt curandi methodos, & qualis hodie sit ipsius sanitatis & affecti-
num antecedentium status.

§. X V.

Accessit omnium primo expertissimus hac in urbe Chirurgus GREEVE, anno hujus saeculi quinto & septuagesimo, Majo mense, quo tempore aegram nostram apertum ulcus ad os frontis, §. 6. & varia per totam cranii superficiem ulcerata cariosa §. 7. divexabant; una autem cum modo dicto viro aegram vidit & examinavit Cl. HAHNIUS, tum temporis in hac, nunc vero in Academia Lugduno Batava, Medicinæ Professor ordinarius, atque post institutum examen utrique Viro visum est larga salivatione humores aegrae nostrae corrigere, & ulceribus antiseptica applicare; in antecessum autem exhibitum est decoctum antimoniatum, quod usus pilularum, quarum basis erat mercurius dulcis, exceptit; parva dosis salivationem produxit satis largam, sic ut propter linguae & gingivarum erosionem, ip-

sarum dosis saepius imminuenda fuerit, dum bene nutrientium alimentorum usu prostratae vires reficiebantur, protracta vero salivatione in summam debilitatem aegra incidit, vehementior infecuta est Diarrhaea, corroborantium tamen usu cito satis superata, donec tandem, cum per octo menses curam hanc sustinisset, recuperatis aliquantum viribus, operis sui domestici curam habere, quin & exire potuerit, dum, sana caeterum, nihil aliud quam dolorem in ulceribus capitis persentiscebat; elapsis autem octo hisce mensibus Chirurgus GREEVE aegram nostram non amplius adivit, eumque octo post hebdomadas Chirurgus WASMAN exceptit.

§. X V I.

Ab initio, quo hic accessit, semper & ubique, ad claviculam, ad pectus, & per totam cranii superficiem, tum ante, tum post ossium separationes applicuit linteum carptum sequente decocto antiseptico imbutum.

R. Herbae Ruteae

Scordii

Agrimoniae, a. q. v.

Coquantur in q. f. aquae Calcis,

Colatura adde

Tinct. Angelicae, q. p.

m.

§. XVII.

§. XVII.

Quod vero Medicorum curas attinet: accessit ad aegram nostram Doct. LELYVELD, quo tempore prima major ossis portio ex sinistra cranii parte separata fuerat §. 9. & universum cranii dextrum latus ulcere aperto obsidebatur §. 10., qui, dum insignem acrimoniam, quin & notabilem humorum versus affecta loca derivationem animadverteret, curam instituit palliativam, dum causae efficientis obscuritas & prostratae aegrotantis vires, quo minus de sublatione proximae causae cogitaret, prohiberent; acrimoniam igitur sensim incrementem & auctam temperare ac corrigere & vires conservare usu pulvrum absorbentium & nitri, adhibito etiam, corticis Peruviani decocto, & admixtis interdum aliis antisepticis, annis fuit, dum, interpositis tum ex Cochiae tum ex Stratonis massa pilulis, admista aliqua Mercurii dulcis quantitate, humores cum impetu caput petentes, inde revellere & alvum restringare annis fuit. Huic autem viro successit Doct. DE KONG, qui eadem observans, similem curandi methodum secutus est, & ejusmodi temperantia, roborantia & antiseptica, praeceps Peruviani Corticis decoctum, nullo tamen intermixto Mercurio, quin, & cum instantis hydropis signa quaeda m post viuum prostrationem se manifestarent, Diuretica ex nitrosis & caphuratis (cum prostratae vires purgantia draistica prohiberent) propinavit.

An-

Anno autem hujus aevi octavo & septuagesimo, post ulti-
mam & praecipuam osis ex dextro latere separationem, pri-
mum mulierem nostram vidit, ejusque curam gerere suscepit
Doct. VOLTELEN; tum autem temporis substantia ru-
bra sana §. 13. in ossam naturam converti incepit, & tum
serosa insuper colluvie tumidus venter pedesque, juncta que
hjs varia digestionis & excretionis vitia, nauseae, vomitatio-
nes, opptionis sensus, tormenta abdominis, alvus tarda, in-
terdum minis laxa, urina parca, cruda, saepius crassa, stran-
guriosa viro huic oculatissimo fuerunt animadversa; quibus qui-
dem malis remedia opposuit, quae humorem dyscrasiam emen-
darent, congestam lympham, glutene mobile redditum, per
vias congruas, diuesin inprimis, ducerent, vim tandem &
robur vasis fibrisque torpidis adderent, quo factum est, ut pri-
stinam, quam in hanc usque diem pro statu suo laetam satis ve-
getamque tuetur, valetudinem iterum affsecuta fuerit.

Quae vero non mox evanuerunt symptomata, præcipue me-
moranda, sunt dolores satis acuti, qui nunc artus, inter-
dum lumbos, modo nucham, modo pectus, subinde & ve-
hementer satis calvariam intime penetrant permeantque. In
stante mensium periodo constanter fere tumor phlegmonodes fa-
ciem dextram occupat ibique levem caloris ac titillationis
sensum inprimit; eruptiones cutaneae maculosae, bullosae,
aliae, molestissimo prurita stipatae interdum visae sunt, sub
aestatem praesertim invadentes, tormenta denique intestinalium,
quibus subinde corripiebatur, haud semel secuta est evacuatio
lumbrici viventis per alvum excreti.

De

De mitigandis autem omnibus his symptomatibus, ab acrimonia morbosa derivandis, eadem eradicanda vel obtundenda, cogitavit. Dum vero exacte naturam hujus acrimoniæ determinare non valeret, generaliora remedia, quae humorum massam corrigendo, alterando & excretiones expediendo usu & experientia laudantur, in subsidium traxit: vernali itaque & aestivo tempore exhibuit plantarum, quas antiscorbuticas dicunt, recentium succos, decocta, conservas & caetera, interposito leniente eccoprotico; sed maxime Mercurialia Stibiatis arcte sociata, quod medicamenti genus ex sulphure antimonii aurato & calomela, addito nonnumquam camphorae momento, doloribus istis osteocopis tantum non semper opem tulisse observavit. Congestionibus, sub catameniorum adventum, caput impetuosis potentibus subvenerunt temperantia leviterque antispasmodica: doloribus colicis, modo Rheumaticis, interdum verminosis, aut ab intestinorum fardibus profectis remedia, his malis debellandis adaequata, opitulabantur.

§. X V I I .

Nihil igitur supereft, quam ut, qua hodie valetudine gaudeat aegra nostra, exponam: hinc primum externum affectionum locorum habitum, tum corporis internum referam: occlusus est perfecte & capillata cute obductus locus quem, ulcus ad os occipitis occupavit, sic tamen, ut notabilis fovea, indubitatum osseae separationis argumentum, digito explorari possit. Memorata

C

pars,

pars substantiae mollis, in osseam naturam nondum conversae, quae ad partem est ossis verticis dextri inferiorem, coloris est sani & rubri, & sub eadem distincte pulsatio arteriarum meningaearum percipitur; Simus frontalis dexter, ob defectum tabulae exter- nae apertus est; Tria porro loca sunt, unus in osse verticis sinistro, unus ad partem sinistram ossis frontis, unus denique ad aper- tum sinus frontalem dextrum, quae in osseam quidem naturam non sunt conversa, sed quibus tamen substantia superjacet ru- bra, tenuis, laevis, mollior, ejusdem naturae ac omnis illa fuerat substantia, quac prius quidem mollis, postea autem in os conversa est; tria autem loca haec, simul & plaga in dextro brechmate nondum ossea, quolibet mense, quo tempore men- ses instant & fluunt, pus effundunt flavum, crassum, inodo- rum, sanum; apertus etiam esset sinus frontalis sinister, nisi Chirurgus WASMAN cuti, quam solvebat, sic pepercisset, ut pars sufficiens obtegendo hinc sinui supereisset; Palpebra dextra phalangosi laborat, quum cutis residua ossi frontis applicata & ab eodem decedens laxior sit ob defectum tabulae externæ osseae; Supereft in facie sanus, vegetus & ruber genarum color; Per- fecta tandem cicatrice affecta in pectore & claviculae loca ob- ducta sunt.

Illibata fere aegra nostra sanitate gaudet; Domesticae suae su- pellestilis curam habet; Quando lubet, foras prodit & cum mari- to, lœta & contenta vivit; Dolores in affectis locis persentiscit nullos, leviores tantum, quae aliquoties incedunt, cephalalgias excipias; Menses quinque abhinc annis suppressi fuerunt, post qua- tuor vero annorum suppressionem ante annum redierunt, perfe-
cte

Et & debito tempore fluunt; Sed quo tempore hi instant, tument adhuc, ut §. 17. memoratum est, nuchae & facies quaquavorum tumore, ad sensum quidem leucophlegmatico, punctorio tamen cum pruritus sensu, calore, & colore, in rubedinem erysipelatosam vergente, stipato, accendentibus tum cephalalgiis gravioribus, quae una cum tumore leucophlegmatico per quatuor quinqueve dies plerumque perdurant, statim vero, ac menses fluxerunt, evanescunt. Atque haec sunt phoenomena, quae nunc observantur.

§. XIX.

En jam morbi Historiam fideliter, & quantum fieri potuit, breviter expositam; Præcipua igitur morbi momenta, quæ attentionem nostram cum maxime merentur, sunt fractura ossis humeri; ejusdem coadunatio & fractura altera; repetitae frequenterius menstruorum suppressiones & quod eas excepit, erysipelas, periodice quovis mense recurrens; tumores pectoris, frontis, claviculae, cervicis, temporis & occipitis; ulcera omnem crani superficem infestantia & reliqua dirae cachexiae phoenomena; stupendae integrorum fere ossium crani separationes, eorumque pondus & color; mira naturæ efficacia in reparanda deperdita galea ossea; loca nondum occlusa & sinus frontales aperti; redeuns denique sanitas & tumor ad sensum leucophlegmatico erysipelatosus, periodice quovis mense ante mensum fluxum se manifestans.

C 2

C A.



CAPUT SECUNDUM

De Diagnosi Morbi.

§. I.

Quicunque casum modo descriptum ea, qua decet, attentione considerat, & phænomena prorsus singularia ac gravissima, quæ successu temporis se in variis ægræ nostræ corporis partibus manifestarunt, animo volvit; quicunque porro ad illibatum sanitatis statum attendit, quo & parentes nostræ aegrae, nostraque patiens ipsa fructi fuerunt, cum maxime, nifallor, mirabitur, ipsam absque manifesta vel primo saltem intuitu evidente causa tot tantisque malis obnoxiam fuisse redditam.

Eo enim tantae ossium destructionis inspectio animum facile deflechteret, ut virus aliquod venereum, scorbuticum, scrophulosum, simileque subesse suspicaremur, illis enim graviores tales ossium destructiones producere haud infuetum est. Sunt tamen haud paucae, haud leves rationes, quae suadere videntur, quo minus ad virus tale concludamus.

§. II.

§. I L.

Primum igitur, quod praesentiae suae suspicionem movere posset, est *virus Venereum*, neque mirum est, ad conspectum diri adeo mali, adeo pertinacis & rebellis attentionem medentium eo versus deflexam fuisse.

Attamen, si animo, praejudicatis opinionibus non obfesso, totum casum perpendamus, si vitam anteactam consideramus, & phoenomena ipsa morbi consulimus, eaque cum illis, quae in lue confirmata locum habere solent, conferamus, si tandem remediorum mercurialium effectum ponderamus, vix ullus supermanere potest scrupulus, quin aegram nostram a Venereae labi suspicione liberemus.

§. III.

Nata enim nostra aegra fuit a parentibus sanis, nullo tali vitio probabiliter infectis, adeoque illud in prolem transferre non valentibus. Ipsa quoque aegra nativitate non tantum usque ad annum aetatis suae duodecimimum, quo viro nupsit, fana vixit, & prospera valetudine gavisa est, verum etiam adhuc postea per septemdecim annos, adeoque ad annum aetatis suae trigesimum quintum, absque quod ullo morbo notabili correpta

fuerit; quod sane vix fieri potuisset, si jam luis hujus viru a nativitate infecta fuisset.

Non quoque primus maritus, cui nupsit, virus illud ipsi communicavit, neque & postea vidua existens sordida vivendi ratione malo hoc infecta fuit. Cum altero enim marito, qui adhuc superflues est, per septem annos quoque vixit, absque quod ullam morborum, postea natorum, indicium adsuetum, & ipse ille maritus sanus semper fuit, & adhuc est, licet per omne illud tempus & postea cum uxore sua haud interruptum commercium habuerit. Puella quoque ex conjugio hoc nata perfecta sanitate fruitur, nullaque Venereae infectionis indicia exhibet.

Haec sane omnia jam multum de luis venercae praesentiae suspicione detrahunt, non tamen omnem prorsus removent. Potuisse enim faemina haec suorum virorum morbos retinuisse & eo magis, si sua culpa mariti illud contraxisserit vitium.

§. I V.

Sed plenius absolvitur ab omni luis suspicione, si phoenomena, quae dirissimum ipsius morbum concomitata fuerunt, conferamus cum illis, quae in inveterata lue observantur.

Praecipua enim phoenomena, quae aliquam virus venereis suspicionem movere possent, sunt dolores in brachio percepti prius, cum infecuta ossis fragilitate, postea in variis corporis partibus, versatiles licet, diu tamen perseverantes; Cephalalgiae pertinentes;

ces; tumores & ulcera inde producta ad pectus frontem, verticem, tempora & occiput, et, quae haec excepit, dirissima caries, ossa cranii pro magna parte destruens & a reliquis sedere faciens.

Attamen, si attentius phoenomena illa contemplamur, eaque cum illis in lue venerea observandis comparamus, certe haud levis inter ea intercedit differentia, praeterquam quod & plurima in aegra nostra desiderentur phoenomena, quae inveteratam luem vel antecedunt, vel fideliter comitantur.

§. V.

Si ad dolorem, qui brachium aegrae nostrae invasit, animum advertimus, tum illum a doloribus, in lue venerea observandis, differre facile constabit, non enim ejus naturae erat, ut noctu imprimis saeviret, & interdiu multum minueretur, imo fere evanesceret, quemadmodum illud doloribus illis osteocopis, in lue venerea inveterata, solenne est, verum dolor ille brachii absque ulla intermissione diurno aequa ac nocturno tempore aegram nostram excruciat. Neque sensim quoque & lente dolor hic brachium adgressus est, sed subito & improviso, neque medium ossis humeri sedem occupavit, sed a scapula ad cubitum usque se extendit, adeoque his notis a doloribus osteocopis diversus fuit. Reliqui quoque dolores, varias corporis partes successu temporis infestantes, tale imminutionis aut incrementi phoenomenon non exhibuerunt, neque in partibus, quas

quas adgrediebantur, fixi manebant, verum versatiles erant, nunc illam partem occupantes, prioremque ab omni dolore liberam sistentes, quod rarius, si unquam, quoque in doloribus, ex causa venerea inveterata ortis, contingere solet.

§. V I.

Neque ossis humeri fragilitas, quae praegressum vehementiorem dolorem insecura fuit, tanta quidem, ut levissima de causa ossis humeri fuerit distractum, gravius argumentum suppeditat, quo ad praesentiam virus venerei concludamus. Fateor, si reliqua phoenomena virus talis praesentiam cum maxime arguerent, hanc quoque ossis degenerationem tum suum collataram ad confirmandam illam opinionem, quia haud infrequens in inveterata lue phoenomenon ossium fragilitas sit. Quum vero & multiplici alia de causa talis morbosa ossibus supervenire possit mutatio, & reliqua in aegrae nostrae corpore conspicienda phoenomena aliam potius suadeant causam, uti postea videbimus, nullum sane ex hac fragilitate argumentum pro luis Venereae praesentia jure repeti potest.

§. V I I.

Cephalgiae quoque pertinaces, etsi frequens in lue venerea symptoma constituant, tamen in nostra aegra non plus suspicionis praesentis luis venereae adferunt, quam praecedentes dolores

dolores, quia manifeste aliam causam arguere videntur, uti in posterum ostendemus.

§. VIII.

Tumores & ulcera, quae in variis corporis partibus orta fuerunt, praecipue vero ad pectus & calvariam, licet haud raro inveteratam luem comitentur, tamen in nostro casu ab hac causa derivanda esse non videntur. Tumor enim ille ad pectoris superiora natus, sponte apertus, & blandam ac inodoram prorsus materiam evacuans, nulla verisimili ratione a lue venereo derivari potest, tum enim tam brevi temporis spatio, sua sponte absque ullis adhibitis remediis externis aut internis, non occlusus fuisset, verum ulcus potius, late serpens & difficillime curandum, produxisset. Neque ille, qui in fronte ortus fuit tumor, arte apertus, simili ratione prius curatus fuisset, neque in posterum, quando sponte iterum aperiebatur, tamquam, qualem vidimus, evacuasset materiam. Neque tam facile quoque ulcus cum ossis carie ad claviculam productum, post disruptum similem tumorem, sanatum fuisset, & firma cicatrice in hunc usque diem clausum.

§. IX.

Quae vero maximam luis venereae suspicionem movere potuerunt phoenomena, sunt ulcera illa magnam calvariae partem

D

occus

occupantia, quae foetentissimam putridam ichorosam materiam fundebant, & cariem ossium suppositorum comitem habebant, & non negari potest, nisi plures ad aegram nostram disculpandam conspirarent causae, haec phoenomena inter praecipua suspectae luis venereae merito numeranda esse, nihil enim frequentius in inveterato hoc malo occurrit, quam quod ulcera similia, cum comite ossium carie, praedicta loca occupent; attamen, quum non absolute necesse sit, ut ad productionem praediti mali luem venereum, tam quam unicam causam, admittamus, verum aliae quoque acrimoniarum species similem degenerationem producere aptae natae sunt, & revera, quum quoque aliae in nostrae patientis corpore adfuerit causa sufficiens ad memoria phoenomena producenda, nullam ad virus venereum tantum confugiendi necessitatatem video.

Itaque nulla certa praesentis mali venerei indicia exhibent phoenomena, quae in aegra nostra per omnem morbi decursum se manifestarunt.

§. X.

Si vero, quae in aegra nostra praesentia fuerunt, phoenomena, nihil habent, quo cum aliqua certitudinis specie venereum virus dirissimorum malorum somitem esse statuamus, sic adhuc multo plus illam opinionem infringit absentia, quam plurimum symptomatum, quae inveteratam luem antecedunt, vel concomitantur.

§. XI.

§. X I.

Numquam enim ægra hæc conquesta fuit de morbis affectibus partium genitalium; sicuti fluore albo, erosionibus doloris prædictarum partium, in ulcera proserpentia, & difficulter curabilia abeuntibus, de stranguria, bubonibus venereis, excrescentiis fungosis, similibusque malis. Neque in ore, faucibus, naso ulla umquam oborta fuerunt ulcera, cum vel sine ossis cariè: saltem a nemine eorum, qui, successu temporis ægræ curam suscepérunt, talia observata aut detecta fuerunt symptomata. Interea nihil frequentius est in incipiente, vel confirmato saltem malo, quam quod ex prædictis symptomatibus unum pluravè simul locum habeant, & præsertim, si sorrida venere malum hoc contractum fuerit, neque sua sponte mala hæc evanescunt, etsi aliæ partes demum simul afficiantur, quin potius increcent & aggraventur.

Absentia igitur omnium prædictorum phœnomenorum haud parum confert ad omnem prorsus semovendam venereae luis suspicionem.

§ X I I.

Tandem si effectum remediorum mercurialium adhibitorum perpendimus, sane nihil offendimns, quod præsentis venerei morbi suspicionem arguere possit. Vidimus enim supra mer-

rium tanta copia ipsi exhibitum fuisse, ut larga inde excitata fuerit salivatio, eaque non per breve tantum tempus, verum per satis longum protracta, tandemque tantopere aucta fuerit, ut inde summam contraxerit debilitatem. Attamen, non obstante larga illa, illaque satis diu protracta salivatione, malum non superatum, imo ne quidem emendatum fuit, verum potius latius serpsit, & insignem demum cranii plagam infestavit, cariosam reddidit, quin & ad claviculam novum tumorem, cariem hujus ossis comitem habentem, produxit.

Quid igitur ex frustranea illa mercurii exhibitione concludendum? si non, quod vera morbosorum affectuum causa non fuerit virus venereum; hoc enim si in causa fuisset, aliquatenus saltem mali emendatio & symptomatum mitigatio producta fuisset, si non perfecta curatio: Scio equidem dari casus, qui omnem prorsus usum remediorum mercurialium eludunt, & in quibus salivatio etiam protracta nihil valet ad malum superandum, sed simul tum verum est, talia mala continuo in pejus ruere, talesque tandem ægros certa morte necare. Ita autem cum nostra ægra non contigit, in hac quidem malum post usum mercurialium non emendatum, verum potius exasperatum fuit. Postea vero, eisægra mercurialibus remediis, saltem ea dosis usæ non fuerit, ut inde mali adhuc magis exasperati emendatio ulla cum verisimilitudine exspectari potuerit, tamen tanto-pere malum ipsius superatum fuit, ut hodie, paucis exceptis symptomatibus, tempore menstruationis observandis, fere integra sanitate fruatur.

Ex omnibus igitur supra dictis satis magna cum probabilitate,

DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA. 29

te, si non plena certitudine, concludi potest, virus Venereum pro causa morbosarum affectionum in ægra nostra non esse habendum.

§. X I I I.

Semota sic luis venereæ suspicione, *virus scorbuticum* hic in causa fuisse, non absque omni ratione, judicabit forsan alius, & sane si, quæ in casu occurunt symptomata varia, comparamus cum illis, quæ in scorbuto inveterato observantur, non possumus, quin concedamus, aliqualem inter casus nostri & scorbuti inveterati phænomena convenientiam locum habere; sunt tamen, quæ & hoc virus excludunt, rationes, illudque in hoc casu non admittendum esse magna cum verisimilitudine docent.

§. X I V.

Primum morbi ingressum, primumque morbosum in ægra nostra occurrens phænomenon, dolorem nempe illum vehementem, brachium dextrum ex improviso infestantem, ab acrimonia scorbutica non esse derivandum, nullus, ut puto, dubitabit. Ante ingressum enim illius doloris perfecte sana vixit, neque de ulla morbo symptome conquesta fuit. Hoc autem in scorbuto non ita locum habere solet, qui enim scorbuto laborare incipiunt, non momento quasi temporis eo corripiuntur, verum lentos omnino progressus, præsertim super terram, malum hoc facit, & varia præcedere solent symptomata, antequam vehe-

mentiores dolores producat, sic enim tales plerumque ægri de insolita prius totius corporis gravitate & lassitudine absque manifesta causa conqueruntur, de tarditate & pigritia ad labores, de cita defatigatione ad minimum motum, de exigua, si ulla, per somnum refectione, de doloribus vagis, omnia fere corporis membra occupantibus, similibusque aliis morbosis symptomatibus; nihil autem horum omnium doloris insultum in ægra nostra antecessit, sed ex improviso, dum sana & rusticis laboribus occupata esset, dolor hic ipsam excruciare coepit, & non per universum corpus, sed in unica tantum ipsius determinata parte. Neque dolores illi, qui postea in variis corporis partibus observati fuerunt, licet satis graves, virus scorbuticum pro causa producente agnoscere videntur, non enim hi ejus naturæ erant, ut universum corpus & præcipue artus ac juncturas ipsius simul, aut brevi saltem interposito tantum temporis spatio, ad gredierentur, sed nunc hanc nunc illam partem occupabant, prioremque a dolore immunem relinquebant. Noctu quoque dolores hi non ingravescabant, dum interdiu insigniter imminuerantur, sed quando aderant, nocte dieque ægram eadem vehementia excruciant: quod in doloribus, ex acri scorbutico ortis, quoque non ita locum habere observatur, dolores enim hi noctu ingravescere solent, & interdiu aliquo modo & notabiliter non nunquam remittere. Præterquam quod & dolores hi graviores nunquam se manifestent, nisi prægressis levioribus illis reliquisque modo dictis symptomatibus. Ideoque, quantum ego saltem videre possum, nulla cum verisimilitudine dolores prædicti ab acrimonia scorbutica derivari posse videntur.

§. XV.

DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA. 3¹

§. X V.

Quod ex fragilitate ossis humeri ipsiusque leviore de causa fractura post prægressos dolores repeti posset argumentum pro acrimoniae scorbuticæ præsentia, non omni prorsus destituitur fundamento, neque deficiunt observationes, quibus comprobatum est, in scorbuto inveterato talem ossium fragilitatem locum habuisse, ita ut levissima de causa ossa fuerint fracta. Attamen, licet hoc labentissime agnoscamus, non tamen inde sequitur, aliam humorum acrimoniae speciem quoque non idoneam esse simili effectui producendo, vidimus enim illud jam antea de acri venereo, & idcirco hic fragilitatis ossium effectus non unice acrimoniae scorbuticæ adscribendus est, & multo minus, si alia consueta scorbuti phoenomena deficiant, quemadmodum varia eorum in nostra ægra deficere jam vidimus, & statim pluribus adhuc videbimus.

§. X V I.

Neque multum ad confirmandam acrimoniae scorbuticæ præsentiam conferent tumores ad superiorem ossis sterni partem, ad claviculam & ad frontem producti, quique vel sponte vel arte aperti, & absque magno medicaminum apparatu satis facile iterum curati fuerunt, imo ipse ille ad claviculam, licet cariem suppositi ossis comitem haberet. Nam licet non negaverim, tales tumores etiam in scorbuto posse produci, constat tamen

similis

similis, ulcera talia scorbutica, post tumores sensim volumine auctos & tandem apertos, longe alia manifestare phoenomena, quam quæ hic observata fuerunt, ulcera enim talia non stillant materiam tenuem albicantem, sed, materiam sanguinolentam, imo ipse sanguis grumosus talibus in ulceribus ad singulam eorum deligationem reperitur; quæque ex ulceribus scorbuticis tam grumosum non continent sanguinem, sed materiam tenuem ichorosam foetentem evacuant, secundum omnium practicorum testimonia difficillimæ curationis sunt, & vix ad cicatricem produci possunt. Magna igitur inter tumores ulceraque scorbutica, ac illa, quæ in nostra ægra observata fuerunt, intercedit differentia.

§ X V I I.

Tandem adhuc in censum vocanda sunt ulcera illa, superiorem capitis partem occupantia, quæ longe lateque se super calvariam extendebant, cum foetentissimæ rodentis sanie effluxu, pericranii destructione & carie ossium cranii suppositorum notabili. Hæc sane, licet primo aspectu gravissimum argumentum pro acrimoniae scorbuticæ præsentia suppeditare videantur, revera tamen potius, si rem accuratius perpendimus, contra illam testari videntur. Verum quidem est & ab omnibus practicis agnitus, frequentissime in scorbuto inveterato oboriri ulcera, & quidem ulcera malitioris, ut ipsi jam asseruimus; verum est, frequentissime in proiecto hoc malo ossa carie affici & destrui,

sed

sed verum simul est, illud non contingere, saltem tantam ossium fragm., quanta nostro in casu producta fuit, non produci, nisi postquam malum scorbuticum jam altas radices egerit, & omnem humorum massam sua septica vi pessime infecerit, sed an credendum, degenerationem illam humorum scorbuticam ad tantum gradum fuisse eventam, absque quod ulla notabiliora præsentiaæ suæ indicia, præter memorata, exhibuisset, dum fere semper, etiam gradu multo minore præsens, secundum certa practicorum observata, quam plurima alia phænomena conspi cienda sunt? Certe, aut fallor vehementer, aut quisque, ad hæc probe attentus, acrimoniam scorbuticam hic non culpandam esse, mecum facile agnoscat.

§. XVIII.

Neque, quod a frequentius in ægra nostra redeunte Erysipela te argumentum repeti posset, multum stringit, licet enim in scorbuto citius vel tardius recurrens Erysipelas quidem nonnun quam observetur, non tamen illud adeo consuetum aut familiare in hoc morbo phænomenon est, ut ex ipsius præsentia vel ab sentia pro acrimonia scorbutica vel contra eamdem concludi possit, siveque pathognomicum huius morbi signum constituat. E contrario multoties scorbuto infestantur, etiam graviore, bene multi, absque quod unquam in illis producatur Erysipelas, & multis alijs in hominibus Erysipelas observatur, in quibus nulla alia labis scorbuticæ signa se manifestant.

E

§. XIX.

§. XIX.

Si tandem phoenomena, quæ in sensim increscente acrimonia scorbutica sese obferunt, attente perpendimus, statim apparebit, quamplurima occurrere, quorum ne vestigia quidem per omnem morbi decursum observata fuerunt, nonnulla supra jam recensuimus, plura adhuc memoranda supersunt. Nihil enim frequentius est observatu in modice tantum proiecta acrimonia scorbutica, quam quod in variis corporis partibus conspiciantur maculæ majores minoresque rubræ, coeruleæ, lividae, virides, ita quidem ut levissima contusio, imo radior tantum partis attactus sufficiat ad maculas tales producendas, & quo magis malum confirmatum sit, eo majores & frequenteres conspicuntur. Nihil frequentius, quam quod oris partes internæ, gingivæ, lingua & palatum intumescant, ulceribus obsideantur, vel ad levissimum attactum sanguinem fundant, quod dentes vacillent, carie afficiantur, & suis ex alveolis excidant, quod & intolerabili foetore oris halitus infectus sit. Nihil frequentius, in confirmato saltem scorbuto, quam quod ex variis corporis partibus externis, æque ac internis, notabiles saepiusque redeuntes hæmorrhagiæ producantur. Nihil autem horum omnium in ægra nostra observatum fuit; attamen nemo facile negaverit, acrimoniam scorbuticam, si illam hoc in casu locum habuisse censem, cum maxime proiectam & confirmatam fuisse, quia tantam ossium cranii & mollium super impositarum partium destructionem produxit. Nonne igitur

ex-

extra omnem rationem est, statuere velle, ægram nostram scorbuto laborasse, licet omnia fere, saltem præcipua, quæ morbum hunc constanter comitari solent, phœnomena in ægra nostra nunquam comparuerint.

Omnia igitur supra memorata, nisi me omnia fallant, abunde testantur, virus scorbuticum in hoc casu non esse habendum pro causa efficiente diversorum, eorumque gravissimorum, symptomatum, quae in ægra nostra locum habuerunt.

§. X X.

Multo adhuc minore cum verisimilitudine *virus schrophulusum* in auxilium vocabitur ad explicanda, quæ in ægra nostra se manifestarunt, phœnomena; quicumque enim considerat, quæ in hoc malo occurrunt, symptomata, eaque comparat cum illis, quæ in nostro casu locum habuerunt, facile perspicet, insigne hic intercedere discriminem, & quidem tantum, ut vix ultra convenientia inter viri schrophulosi & nostri casus phœnomena locum habeat. Non opus igitur erit multis illud demonstrare rationibus, vel anxia symptomatum collatione, asserti veritatem confirmare.

CAPUT TERTIUM.

*De verosimilibus Morbi causis, Indole,
& Symptomatum explicatione.*

§. I.

Quum igitur ex dictis in Capite præcedente admodum verisimile sit, virus venereum, scorbuticum & schrophulosum non agnoscendum esse pro causa atrocis morbi & symptomatum vehementium, quæ in ægra nostra locum habuerunt, optandum fane esset, ut, postquam quid non sit morbus ostendimus, simul veram morbi naturam indicare & quid gravibus adeo affectionibus ansam dederit, dilucide plenaque cum certitudine demonstrare possemus; sed hoc opus hic labor est. Multas enim in ponderandis & conferendis, quæ adfuerunt, symptomatibus offendimus difficultates, quæ animum saepius suspensum tenuerunt, feceruntque, ut anxie in naturam morbi inquisiverimus, & post pluries repetitum examen vix adhuc mentem nostram apere ausi fuerimus. Non exspectetis igitur L. B. atrocis hujus morbi naturam tanta cum evidentia expositam, ut nullum supermansurum sit dubium, neque plenariam & omnibus numeris absolutam

solutam phoenomenorum in casu nostro sibi succedentium explanationem, etenim ad hoc præstandum me prorsus imparem sentio, contentus, si modo verisimile quid in tanta caligine proferre potuerim.

§. I I.

Ab ovo, ut ajunt, rem ordiamur & videamus, utrum ne ipsius ægræ nostræ constitutionis, attenta contemplatio facem aliquomodo præferre possit in investiganda natura morbi & discutiendis tenebris, quas hic offendimus.

Si ad ea, quæ §. I. Cap. I. relata sunt, attendimus, appareat, mulierem nostram a teneris sanam non tantum vixisse, sed habitum insuper corporis ipsius, solito fuisse robustiorem, carnes hinc magis firmas & vasa rigidiora influentibus humoribus aliquomodo restitisse, eosque difficilius transmisisse, sanguinem hinc ipsi quoque justo fuisse densorem, & idcirco ad viraginum classem mulierem nostram pertinere. Veritatem huius asserti inter alia quoque docet color ille profunde ruber & constans, quo, non tantum eo temporis, sed nunc iterum, postquam vires ipsi redierunt, facies ipsius tincta est, indicio manifesto, aliqualem sanguinis infarctum in vasis minoribus locum habere. Haud parum quoque ad confirmandam hanc constitutionem non tantum, verum ad augendum corporis robur contribuit vita anteacta, non enim vitam egit sedentariam, sed laboriosam, & quidem rusticis laboribus, durioribus paulo, corpus exercuit, non mirum igitur cum ætate robur illud increvisse.

§. III.

In hac autem constitutione est, quod prima rudimenta omnium, quæ postea ipsi supervenerunt, affectionum morbosarum querere debemus. Procul enim abest, talem constitutionem plerisque foeminis esse naturalem, & evacuationibus, quæ in ipsis periodice fieri debent, accommodatam, è contrario illam summum impedimentum adferre & obstaculum ponere huic evacuationi, & non tantum huic, verum & aliis evacuationibus, est, quod paucis demonstrare animus est.

§. I V.

Ut commoda, & talis, qualis requiritur, fiat sanguinis menstrui evacuatio, necesse omnino est, systhema vasorum uterinorum tali modo comparatum esse, ut abundans & sensim copia auctus sanguis requisita facilitate vasa illa intrare, in iis colligi & accumulari possit, ita ut particularis ibidem producatur plethora, quæ sensim increscens vasa illa tantum extendit & dilatat, ut tandem fines eorum aperiantur & sanguis intra cavitatem uteri depluat. Modica igitur tantum per vasa illa resistentia influentibus humoribus offerri deberet, ut sanguinis illa collectio fieri possit, si enim nimis resistant illa vasa & per afflentem sanquinem vix vel parum tantum dilatabilia sint, nulla vel vix ulla saltē sanguinis accumulatio ibidem fieri poterit, & quia

quia simul tum subprimitur abundantis illius sanguinis evacuatio, sensim universi corporis plethora nascitur, quum vero reliqua corporis vasa similem sanguini resistentiam offerunt & difficilis extensionem patientur, hinc sanguis ille continua vasorum actione & propria resistentia valde compingitur, & densior sensim fit: minora autem vascula densiore illo sanguine ita infarciuntur, ut in illis vel stagnet, vel tardissime saltem moveatur, &, quia minora vasa ita infarcta minima adjacentia compriment, hinc tenuiorum humorum transitus per minima vasa quoque difficilior redditur.

§. V.

Tali vero in corpore, in quo tanta solidorum in fluida aetio, fluidorumque iu solida reactio habetur, ipsa circulationis vi & potentia humores sensim ad corruptelam & acrimoniam contrahendam disponuntur, praesertim si inutilium in sanguine productorum humorum secretio & excretio aliquomodo impeditatur. Sed vidimus §. 4. tenuiorum humorum transitum per vasa minima, a paulo majoribus infarctis compressa, difficiliorem reddi, tenuiores autem illi humores sunt, qui inutiles imo nocivas & acres particulas praeципue continent, & idcirco ob impeditam aliquomodo evacuationem illam necessario acrum particularum in corpore congestio & accumulatio fit, eaque sensim increscit. Sed praeterea quia quoque in vasis minoribus humores stagnant, vel tardius saltem moventur, hinc illi quoque a naturali sua indole

doles degenerant, & aliqualem acrimoniam contrahunt. Tota hinc humorum massa sensim per utramque indicatam causam acrimonia inficitur, & vera tandem producitur Cachexia. Quum vero utraque hæc causa in ægra nostra locum habuerit, uni satis evidenter patet, & ex colore profunde rubro constante, quo facies ipsius aliæque partes tinctæ erant, & ex parciore perspiratione, quæ motu animali, notabiliter licet aucto, rarissime sensibilis reddebat, nonne verisimile est, degenerationem illam humorum, illamque acrimoniam tandem tantopere auctam fuisse, ut prædicta, gravissima licet, quæ in ægra nostra successu temporis nata fuerunt, producere potuerint mala. Sane hac in re nullam prorsus video contradictionem, neque fidelibus practicorum observatis dicta quoque repugnant. Quoties enim non in sanissimis, ad adspectum externum, hominibus, ex sola in eorum humoribus nata acrimonia, ulcera, offis cariem comitem habentia, & difficillime curanda, producuntur; Quoties non rebellia cutis mala, erosiones, herpetes, excoriaciones, similiaque ex simili causa orta in læta cæterum sanitatem fruentibus hominibus observantur; Quoties non ex inhibita perspiratione quævis morborum genera in iisdem producta cernuntur; Sane, si observationibus dicta hæc confirmare vellem, integrum volumen facile conscribere possem. Hæc autem cuivis, qui parum tantum in practicorum scriptis versatus est, abunde cognita sunt.

Videtur igitur fomes præcipuus hujus mali quærendus in spontanea quadam humorum degeneratione, & acrimonia, per modo dictas causas lente productis. Non autem definio, cujusnam

causam

præ-

præcise naturæ fuerit illa degeneratio, neque illud facile definiri poterit, tam parum enim naturam variarum sanguinis degenerationum in vivo corpore cognoscimus, & quænam mutatio ipsius particulis constituentibus earumve proportioni aut combinationis modo induci debeat, ad hanc vel illam acrimoniam speciem producendam, ut potius nihil hic definiendum esse censeam, sufficit ex effectibus demonstrasse, illam non pertinere ad illas acrimoniam species, de quibus in capite præcedente vidimus.

§. V I.

Iactis jam his fundamentis, non omni, ni fallor, soliditate destitutis, ad examen symptomatum, quæ ægra nostra perpes-
sa fuit, transeamus, & videamus, utrumne illa ex dictis causis
verisimiliter explicari possint.

§. V I I.

Primum igitur, quod in casu nostro sepe offert, morbosum
symptoma est dolor vehemens, maximam dextri brachii partem
occupans, per longum tempus ibidem fixus manens, atque tan-
tam tandem ossi fragilitatem inducens, ut os humeri inde levis-
sima de causa fuerit diffractum. Dolor autem hic, et si ægram
ex improviso quidem invaserit, de die in diem tamen sensim
vehementia increvit. Hæc dum considero, simulque ad tem-
pus, quo dolor hic ægram invaserit, respicio, quemadmodum &

42 DISSERTATIO MEDICO - CHIRURGICA.

ad locum, ubi illud acciderit, & tandem ad opus, quo eo temporis accupabatur, mihi verisimile videtur, primam huius doloris causam in penitus subpressa perspiratione & metastasi materiae perspirationis versus brachium esse quærendam. Foeminam enim hanc, et si quidem numquam large perspiraret, neque propter morbosam constitutionem, uti vidi-
mus, copiose perspirare posset, legendis solani esculenti tube-
ribus occupatam solito plus tamèn, laboris vi & efficacia, per-
spirasse, corpusque excalefactum habuisse, valde verisimile
est; si jam consideramus, tempestatem fuisse frigidam humi-
damque forsan, erat enim versus finem anni, facile evenire po-
tuit, ut, dum excalefactum corpus aëri huic exposuerit, acriis,
quæ aliquantum hoc modo evacuabatur, materia per vasa, fri-
goris vi constricta, fluere prorsus cessaverit, eaque materia si-
mul ad brachium translata fuerit; atque illud eo verisimilius
est, quum rure degens, sub dio & in campus, aëre perflatis,
legendis dictis tuberibus occupabatur.

Primam igitur doloris originem ab inhibita perspiratione &
hanc insequente materiae perspirabilis acriis metastasi ad brachi-
um derivandam esse, mihi valde verisimile est, quum vero do-
lor hic productus stimulo suo, acres in sanguine nidulantes, sed
hactenus non ita evolutas particulas versus locum dolorosum al-
liceret, aliter evenire non potuit, quin sensim propter cumula-
tam ibidem materiam morbosam, dolor increscere debuerit,
& quia acriis illa materia etiam vasa periostii os nutrientia occu-
pabat, insuper hoc contigit, ut sensim de ossis nutrimento
ibidem loci magis magisque detraactum fuerit, imo quo-

que ipsa illa materies nutriens per acres inh erentes particulas plus minus dissoluta, debitum, ad ossis soliditatem conservandam, gluten ipsi suppeditare non potuerit, si non ipsum illud gluten, terrestribus ossis particulis interpositum, quoque destruxerit, sicque hoc modo tandem ossis robori tantam vim intulerit, ut illud fragilissimum factum, levissima de causa demum fuerit diffractum. Talem enim glutinis attenuationem quoque demonstrare videtur altera ejusdem hujus ossis, eodem loco, leviore de causa, fractura, h c enim evidenter docet, factam ossium extremorum consolidationem tantum fuisse imperfectam & ita comparatam, ut levissima de causa iterum solvi posset, quod coeterum non contingit, si callus requisitam pessideat consistentiam, tum enim facilius es alio loco, quam ubi antea fractum & consolidatum fuerit, diffrigeretur.

§. V I I I.

Quae I brachii dolorem insecura fuerunt morbos symptomata, qu que  egram dein vehementius affecerunt, & aliquoties redierunt, imo quovis mense haec tenus  egram, licet minore tamen gradu, excruciant, sunt cephalalgia & erysipelas, magnam faciei capitis & colli partem occupans, postquam menses ipsi fuerant suppressi. H c sane symptomata satis verisimiliter confirmare videntur ea, qu e antea diximus de sensim nata humorum degeneratione & acrimonia, ob imminutam humorum acrium a massa sanguinea separationem, imo videtur haud dubie ex orbitis his morbos symptomatibus constare, naturam, dum per

solitas perspirationis & forsitan quopue urinæ vias se liberare non potuerit a retentis illis acribus particulis, quemadmodum illud ad sanitatem conservandem omnino necesse erat, in auxilium vocasse aliam corporis evacuationem, mensum nempe fluxum, ut sic, una cum abundante illo sanguine evacuato, se libaret pro parte ab acribus illis retentis humoribus, & inde forsitan darivare debemus, quod, præter prægressum brachii dolorem, hactenus sana vixerit; quandiu enim menses justo tempore, licet imminuta copia, fluxerint, tamdiu a morbo si symptomatibus libera mansit; statim autem ac hæc evacuatio penitus fuerit suppressa, & proin simul impedita acrum illorum humorum excretio, vehemens illa Cephalalgia & gravissimum Erysipelas caput infestarunt; redeunte autem iterum, post quinque mensum subpressionem, menstrua purgatione, hæc symptomata prorsus cessarunt. Subpressis postea iterum mensibus ante quinque annos, & per quatuor annos constanter subpressis manentibus, eadem supra dicta Cephalalgia & Erysipelas redierunt quovis mense; neque mirandum, eadem hæc phænomena, etsi jam per annum iterum referata fuerint menstrua, adhuc minore licet gradu supereesse; per quatuor enim annorum spatium constanter suppressi dum fuerunt menses, Natura, huic morbo metastasi affueta, illam ad minimam, quam offendit sanguis menstruus, resistentiam, statim iterum molitur, &, nisi insequeretur menstrui sanguinis evacuatio, procul dubio quoque hæc symptomata eadem, qua antea, vehementia fævirent.

§. I X.

Supervenit quoque ægræ nostræ eo, quo menses prima vice suppressi fuerunt, tempore tumor ad superiora thoracis; tumor hic magnitudine licet notabilis, non tamen valde dolorosus, & verisimiliter productus fuit a metastasi vel depositione materiæ morbosæ in humoribus nidulantib; non tamen valde acris; tumor enim ille haud magnum dolorem produxit & quoque facile, quum sponte prius apertus esset, ad curam fuit perductus; quarto enim post ipsius aperturam die jam clausus erat. Quod vero tumor hic eamdem prorsus agnosceret causam, quam modo dictum Erysipelas & Cephalalgia, ex eo manifestum est, quum quovis mense, uti prædicta mala, suppressis existentibus mensibus, redierit, disruptus fuerit, & intra paucos dies iterum sanatus; suum igitur contribuit una cum Erysipelate ad evacuandam morbosam materiem, in humoribus nidulantem, & propter suppressa menstrua, cum quibus antea e corpore effluebat, nunc se evacuare non valentem; Itaque tumor hic æque salutare naturæ conamen ad graviora mala avertenda, quam morbus, dici potest.

Ejusdem quoque indolis censendus est tumor ille, qui brevi post frontem ægræ occupavit, hic enim æque parum dolorosus, & volumine adhuc minus extensus, quam præcedens, post factam aperturam quoque ad curam perductus fuit. Verum est, quod postea iterum sponte fuerit disruptus, neque dein clausus, & hinc materies, quæ per apertum illum tumorem, in ulcus

jam conversum, evacuabatur, sensim videtur aceror facta fuisse ob pedentem auctam humorum acrimoniam. Hoc enim manifeste docent, quae hunc tumorem brevi insecura fuerunt, symptomata, dirissima nempe Cephalalgia, ægram nocte dieque excrucians, & non tantum hoc, verum jam sensim magis magisque corrupti & acres faëti humores, magis quoque evoluti & mobiles redditi, tristissimam prorsus scenam ludere coeperunt, atque per metastasis, vel potius forsitan per collectionem, in varias calvariae partes externas sensim depositi, terribiles & perpetuos in partibus illis dolores non tantum, sed erosiones & ulcera valde dolorosa ibidem causati fuerunt. Neque molles modo partes acris haec materia erosit, verum, destruncto pericranio, ipsam osseam cranii partem infestavit, gluten ipsius non tantum his illisque locis destruxit, verum ipsum oleum ipsius medullare infecit, ad corruptelam disposuit, imo veram ossis cariem produxit. Hoc enim docet manifeste ipsa ilia materia, per ulcera cariosa evacuata, purulenta quidem aliquomodo, sed valde putrida, acris & foetentissima simul.

§. X.

Qui vero cum maxime confirmare videtur superius dicta de sensim aucta humorum degeneratione & acrimonia, est ipse ægræ habitus. Eo enim temporis, quo gravia haec symptomata patiebatur, cachectica erat, debilis, emaciata, & febre lenta hectica laborabat. Neque hoc multum mirandum, nata enim per

su-

superius dictas causas in humoribus acrimoniam, necessario illa sensim increscere & augeri debuit, quamdiu ipsae causae producentes non tollerentur, quo plus enim acrius particularum ob impeditam vel imminutam saltem perspirationem, sanguini permiscebatur, eo majorem sensim acrimoniam contrahere debebat, quo diutius stagnabant, vel lentius saltem in minoribus vasibus movebantur humores, eo plus a naturali sua indole degenerare debuerunt, & adhuc magis, dum menstruis saepius suppressis, etiam per hanc viam evacuatio illarum acrius particularum prorsus impeditabatur.

Ipse ille tumor, qui eo temporis quoque natus fuit ad claviculam, majorem nunc humorum acrimoniam adesse declarat, nam, licet quidem materia evacuata alba inodora videretur, revera tamen majorem habuit acrimoniam, quam illa, quae in praecedentibus tumoribus continebatur, supposita enim claviculari suo periostio privata conspiciebatur, & ipsa ossis exfoliatio fieri debuit, antequam ulcus ad sanationem perduci posset.

§. X I.

Sic jam phoenomenorum, quae in ægra nostra locum habuerunt, verisimilem, & ex artis principiis, nifallor, desumptam, deditimus explicationem; supersunt tamen nonnulla, quæ admirari magis, quam ex veritate explicare valemus. Inter illa sane hoc occurrit, quod, licet ægra ante graviditatem, menstruis suppres-

sis,

sis, gravissima Cephalalgia & vehementer Erysipelate quovis mense laboraverit, eadem gravida facta, per omne graviditatis tempus nullum horum symptomatum passa fuerit, absque tamen quod ante initium graviditatis humorum acrimonia, quæ causa horum symptomatum fuit, curata fuerit. Verum est, tumorem productum fuisse ad frontem, in quo certe aliqua morbosæ materiæ collectio facta fuit, sed tamen hic tumor non sufficiens erat omnem colligendo morbosam materiam. Qua ratione igitur graviditas effectus acrum humorum infringere aliquomodo, eosque inertes quasi reddere potuerit, non est, quod absque fictis hypothesis facile explicari posse mihi videtur. Scio equidem, similem graviditatis effectum non prorsus insolitum, quin frequentem potius observari in cachecticarum corporibus, sed inde ipsius phoenomeni explicationi non plus lucis affunditur.

Alterum, non minus mirandum, phoenomenon est, quod, postquam acris illa materia tantam partium mollium durarumque calvariæ destruptionem produxerat, brevi tamen satis temporis spatio, nova quasi galea ossea reproducta fuerit, quæ paucis tantum locis exceptis, requisitam habet soliditatem. Sane a priore vix ulla cum verisimilitudine exspectare potuissimus, in humoribus adeo degeneratis tantum superiore de natura concrescibili, quantum in liquoribus, ad callum generandum, requiratur, & eo minus, quum acres continuo alluentes humores vim illam concrescibilem septica sua vi adhuc magis destruere debere viderentur; Et tamen, non obstante hoc, solidum os formatum fuit. An illud attribuendum diversis adhibitis Remediis; an benigna Natura hic præstítit talia, quæ mentis aciem fugiunt,

cap-

captumque superant nostrum? Sane hic potius stupendum phoenomenon admirari, quam ipsius explicationem suscipere volo.

Minus autem mirandum nobis videtur, foeminam hanc hodie modica sanitate frui, hoc enim præcipue mihi attribuendum videtur regulariter jam fluentibus menstruis, quemadmodum & auctæ quovis mense evacuationi per loca cranii hactenus aperta, per illa enim, tamquam per totidem emissaria, natura de tempore in tempus evacuat materiam morbosam, in humoribus latitantem, & hinc nullus dubito, quin, si evacuationes illæ prorsus supprimerentur, nova quævis grayia symptomata producerentur, quemadmodum phoenomena, menstruam purgationem regulariter antecedentia, manifesto indicare videntur.

§. X I I.

Hic finem imponere possem dissertationi, verum uno alteroque verbo adhuc monere debo, ægræ nostræ constitutionem per prægressos morbos ita mutatam esse, ita sensilem & irritabilem redditam, ut ab usu remediorum, caeterum innocuorum, vehementer afficiatur. Ita enim expertus fuit Doct. VOLTELEN, quum ægræ nostræ radicem Rubiæ Tinctorum & dein Æthiopem mineralem propinasset, prius enim remedium diram Cephalalgiam, Dolores osteocopos, & insignem Diarrhæam produxit, posterius vero Diarrhæam & gravem uteri Hæmorrhagiam causatum fuit.

T A N T U M.

G

EXPLI.

EXPLICATIO TABULÆ.

In tabulæ figura prima cernitur delineatum caput nostræ agræ, & præcipue in conspectum venit ea calvariæ pars, quæ destructionem adeo notabilem, qualem descripsimus, passa est, sed quæ post peractam curam ita sese conspectui nostro offert, ut hic deliniata exhibetur. Omnis enim ea pars, quæ capillis non obessa conspicitur, ossa sua galea privata fuit, atque ejus in locum nova substantia ossa reproductæ fuit, ea tamen excepta plaga, quæ delineata cernitur magis nigra oblonga & margine inæquali circumscripta, in parte laterali dextra crani; ea enim plaga adhuc aperta est & digitis aliquomodo intropremi potest.

Ad anteriorem, inferiorem & medium dextram crani partem paulo supra radicem nasi conspicitur fovea magis nigra, atque illa locus est aperturæ sinus frontalis dextri, in sinistro vero latere locus ille superinducta cute clausus est.

In figura secunda delineantur frusta ossa, illi præcise crani regioni super imposita, a qua separata fuerant, & quidem bina conspicuntur frusta, unum dextrum majus, alterum minus sinistrum, utrumque valde angulosum, inaequale, erosum, sicuti ossa ipsa se conspicienda præbent. Magnitudo horum frustorum quoque proportionalis est magnitudini calvariæ imminutæ.



J. H. Kaufer ad. vir. del.



J. de W. Surax sculp.

T H E S S.

I.

Imprægnationem in ovario fieri magnam habet verosimilitudinem.

II.

Foetus in utero liquore Amnii nutritur.

III.

Foetum jam in utero vel in vagina respirare posse nego.

IV.

Imaginationis maternæ vis in foetum perexigua, si ulla, est.

V.

Quomodo nervorum actio peragatur, prorsus ignoramus.

VI.

Signum, quod a natantibus vel subfidentibus pulmonibus desumitur pro morte foetus post vel ante partum, plenam non habet certitudinem.

VII.

Nulla pars organica destruta vel sublata vere renascitur.

VIII.

Hydrophobia est morbus nervorum.

IX.

Qui variolarum infctioni se opponunt, male humano generi consulere videntur.

G 2

X.

X. I. H. T.

*Subpressis menstruis V. S. non tantum in pede, verum & haud raro
in brachio instituendam esse censeo.*

X. I.

*V. S. in pleuritide in brachio opposito instituta præferenda videtur illi,
quæ in lateris affecti brachio instituitur.*

X. I. I.

*Sepultura mortuorum in templis vel in coemeteriis, intra urbem si-
tis, plus damni adfert, quam vulgo quidem creditur.*

X. I. V.

X. I. V.

X. I.

OP

OP DE GENEES EN HEELKUNDIGE
VERHANDELING
VAN DEN
WEL EDELEN HEER
ADRIAAN VAN SOLINGEN,

VAN SOLINGEN, wiens lier, befaamd aan 't Zeeuwsche strand,
Der Belgen glorie zong, en elk hield opgetogen:
Doet hier Geneeskunst hulde, en wordt door 't loflykste poogen;
Een dubbeld Gunstgeschenk, voor 't waarde Vaderland.
Deez toeleg belge u niet, gewyde Zanggodinnen:
Gewis, gy waart alleen zyn liefde en aandacht waard';
Maar 't Menschdom nut te zyn, is de eerste roem op aard,
Hy moest deez' eerepalm by uwe lauwren winnen.

JULIANA CORNELIA DE LANNOY.

AAN MYNEN VRIEND,
DEN WEL EDELEN HEERE
ADRIAAN VAN SOLINGEN,

Op deszelfs uitweidinge

Over eene aanmerklyke Beenderkwaal, en derzelver wonderbaarlyke genezinge, by openlyken zintwist verdedigt,

OP UTRECHTS HOGESCHOOL

Den 14. Juny, 1780.

Staat Pandoras doos nog open?

Zal sy eeuwig overlopen,

En de wonderlykste knoopen

Van nieuw uitgedacht verdriet

Trensch, door ons leevens niet?

* * *

Bayerd, waar op Goden turen

Daar sy 't wuft Geval zien sturen,

Arm in orden, ryk in kuuren,

Zeg my wat ér, in dit dal,

Van den mensch nog worden zal.

'k Zie

'k Zie de gouden zonnewagen
't Nugter licht nooit herwaarts dragen,
Dan om, van verborgen plaagen,
Het mistroostig schrikvertoog
Bloot te leggen voor ons oog.

* * *

Vrouw Natuur Wie zou niet vtezen!
Als gy zeifbeulin wilt wezen,
Leden breken en genezen;
U vermakende, in de vonst
Van zo vreemd een pynigkonst?

* * *

Platoos eenheids-leerbekyvers!
Felle kwaêbeginseldryvers!
Manichéen! zo gy uw schryvers
Overwinning krayen deet,
't Waar niet zeldzaam, in dit leet.

* * *

Maar, wie komt, van 's hemelsboogen,
Met een moederlyk medogen,
Heraclytische traanen drogen?
Wie giet olie op deeze wond?
Wie stopt morren hier den mond?

't I

* * *
ADR

't Is Minerf, Godin der schoolen,
Die uit mynen donkre hol'en
Van Aardsleet, waar in wy dolen,
Door vernuft, op redding rap,
Delft het goud der Wetenschap.

* * *

Ongehoorde plaagen strekken
Haar ten fakkel, om te ontdekken,
Wat voor baat ér is te trekken,
Hoe wyd Acheron ook gaap',
Uit de konst van Esculaap.

* * *

Is 't niet groot, dat kleene Wormen,
Uit hun zwakheid, sterktens vormen.
Daar men Styx uit durft bestormen?
Dat, op 't spoor, 't welk Chiron drukt,
Men aan 't graf zyn prooi ontrukt?

* * *

Des gehengt Algoedheit kommer,
Kwaal en ziekte zonder nommer;
Op dat Wysheid Ons belommer:
Ons triumph behalen leer',
't Menichdom tot onsterflyke eer.

'k Oog

'k Oog dus vrolyk op Uw stappen,
Langs de pynelyke trappen,
Naar Galenus Wetenschappen,
 o Myn fenix-Adriaan:
 Dat heet haer de sterren gaan!

Vriend, dat heet Uw tyd besteden!
Daar gy durft in 't kampveld treden;
Gronden van een kwaal ontleden,
Zelfs by gryzen onbekend,
In Uw vroegste leevensleit!

Arend, die dus zonwaart snelde.
Kom, stryk neder langs de Schelde!
Hier, hier staan voor U te veld,
Bloemen, uit Apolloos tuin,
Toegezworen aan uw kruin,

Lyders, staak intusschen 't stenen!
Daar 't bisschoppelyk Athenen,
Voor VAN SOLINGEN nu heenen,
Tot zyn lof, den boezem loost,
En het krukkende Aardryk troost!

Stigtsche Nymfjes, tedre schonen; goO n
Zullen zorgen voor de kroonen, oegne.
Om Uw zegepraal te lonen, sonde. uM
Brave telg van Podalier! uM o
Doch ik spaar myn dichtlaurier.

* * *

Ik bespaar ze, met myn kragten, basIV
Om dien Staatziedag te wagten, ta. naC
Dat U Pallas. Choor zal achten, Cloufne.
Als een Arts, waar voor de doot,
Heenen druipt, in Carons boot!

F. J. CONVENENT.